



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Stephani Balvzii Miscellaneorvm Liber ... Hoc est,
Collectio Vetervm monumentorum, quæ hactenus
latuerant in varijs codicibus ac bibliothecis**

Baluze, Etienne

Parisiis, 1679

Chronicon Cremonense.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14735

quem parentes dolore & rubore confusi bis terque terra occulentes , dum nequeunt eum perdere , consilio accepto in fluvio demerserunt. cuius casum tantus vocum fragor securus est ut tota regio ejulasse crederetur.

Eodem quoque anno Girbertus Papa obiit.

Sequenti anno Abbo Abbas martyrio coronatus est.

M X V I I. Rotbertus Rex filium suum Hugonem consortem regni facit apud Compendium.

M X X V . Hugo Rex moritur.

M X X V I . Iterum sub Gauzlino Abbe Floriacensem conflagratum est , sed biennio restauratum cum omnibus officinis & Ecclesia sancti Petri.

M X X I X . Obiit Gauzlinus Abbas.

M L I X . Philippus regni monarchiam suscepit.

M L X . Heinricus Rex Francorum obiit.

CHRONICON CREMONENSE.

M C X I . nono Kal. Iunij, Indictione IV. capta est & destructa civitas Laudes.

M C X V I I . tertio die mensis Ianuarij, Indictione X. die Mercurij , in hora vespera , fuit terræ motus maximus , qui antea non erat visus.

M C X V I I I . decimo nono Kal. Novembris , Indictione XI. die Iovis captum est castrum Lomelli.

M C X X V I I . octavo Kal. Septembbris , Indictione V. civitas Cumensis capta fuit.

M L X I V . x. die mensis Madij fuit pugna in campo Montuo.

M C C . Indictione tertia , die XI. erat Augusti, una die Lunæ , fuit captus burgus Pisonij & combustus & ferè omnes habitantes fuerunt & totum suum nauidium ; & multi projecerunt se de turri magna ,

& quamplures inturim conesserunt peregrè. Et illa nocte veniente die Lunæ veniente valde serenum erat. Et ferè circa medietatem noctis apparuit quod cœlum aperuisset, & pulcram flammam fecit.

Anno Domini M C X I I I. Indictione prima, una die pase, quæ fuit secunda die intrante mense Iunij, venerunt Cremonenses cum caroçolo supra terram Cremæ, & Mediolanenses venerunt cum suo caroçola & cum bruira, & magnam pugnam fecerunt insimul, & Cremonenses expulserunt Mediolanenses de campo, & tulerunt eis caroçolum & buiram & xxxvi. confanones, & magnam copiam fecerunt de populo Mediolanensium.

M C C X X I V. die II. intrante Iulio, cùm Mediolanenses ivissent in comitatu Cremonensium, die tertio erant apud Covenoltam sive in loco ubi dicitur prato de bisso. Ibi Cremonenses cum sua societate pugnaverunt cum Mediolanensibus & Bresanis, ita quod Cremonenses meliorem partem obtinuerunt.

M C C X X V I I. una die Veneris, quarta exeuntis Novembris, apud Curtisnovam Dominus Imperator cum militia Papiensium & Pergamensium & cum aliis suis militibus pugnaverunt cum Mediolanensibus & cum illis de eorum societate. Et Mediolanenses ibi amiserunt caroçolum suum, & innumerabiles fuerunt ibi mortui & capti. Et ipso die captum fuit castrum Curtisnovæ. Et ultima die ipsius mensis captum fuit per Bergamenses castrum Paluscis.

De Majori-monaſterio & Abbatibus ejus.

PRIMUS Abbas Majoris-monaſterij post sanctum Martinum fuit Gaubertus, qui constitutus est ab eo, & multi alij post ipsum usque ad adventum Normanniorum. Tunc desolata Ecclesia, Canonici